



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXV. Privilegium der Markgrafen Johann und Otto, der Stadt Gardelegen
nach erlittener Feuersbrunst verliehen am 30. Aug. 1241.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

verhältnissen vertrauten Einwohner derselben zu erhalten und begnügen wir uns daher hier damit, nur die wichtigsten Stücke aus den für die Geschichte der Stadt Gardelegen erhalten gebliebenen Quellschriften durch den Abdruck zu weiterer Benutzung zugänglich zu machen.

U r k u n d e n.

CXV. Privilegium der Markgrafen Johann und Otto, der Stadt Gardelegen nach erlittener Feuersbrunst verliehen am 30. Aug. 1241.

Vniuersis presentem paginam inspecturis Johannes Dei gratia Marchiones Brandenburgenses salutem. Cum ciuitas nostra Gardelege casu fortuito incendio exorto damnum ac detrimentum non minimum sit perpessa ac ciues eiusdem ciuitatis exinde sint egestate depresi, uolentes eorum indempnitati prospicere, liberalitates infra notatas duximus concedendas. Ab omnibus exactionibus ac importunis precibus ad octennium a presenti die computandum immunitate gaudebunt. Item censum quatuor denariorum, qui de singulis areis eiusdem ciuitatis solui consuevit, eidem ciuibus perpetuo concedimus, ita tamen ut de voluntate illorum, qui huiusmodi censum actenus ex nostra concessione percipere consueuerunt, dictum conquirant sibi censum. Item ligna ad reedificationem edificiorum competentia quocunque locorum inuenta fuerint ex eadem nostra possunt tollere liberalitate, dum tamen ex eo ciuitatum ac Villarum munitiones non ledantur. Theatrum uidelicet domum Venalem ac macella possunt reedificare pro ipsorum Voluntate, dum tamen aliorum iura exinde non ledantur. De stationibus censum in foro annuali non exfoluent. Item indaginem circa ciuitatem infra murum vsque ad curiam domini B, de hirkefleue ex vtraque parte ciuitatis eidem succidere promittimus. Debitores insuper suos per pacta debita possunt personaliter pignorarare ex eadem liberalitate prenotata. Si quis vero contra ciues predictos quicquam questionis habuerit, coram aduocato eiusdem ciuitatis secundum iura et consuetudines ciuitatis de se querulantibus respondebunt. Volumus insuper ut mercatores eiusdem ciuitatis de curribus suis pedagia, salaria siue vectigalia nostra in terra non exfoluent. Vt autem hec ipsa liberalitas firma consistat, presens priuilegium conscribi iussimus ac sigillorum nostrorum munimine roborari. Huius rei testes sunt Magister O. plebanus ciuitatis eiusdem, Albertus notarius, Fredericus de Care, Bodo de Saltwedele, wernerus, Ericus fratres de Gardelege, henricus de gribin et alij milites quamquam plures. Datum anno M^o CC^o XLI. III. kalend. septembris.

Nach verschiedenen Copien im Ratharchive zu Gardelegen aus dem 16. und 17. Jahrhundert.

CXVI. Bestätigung und offizielle Uebersetzung des vorstehenden Privilegiums vom Kurfürsten Joachim und Markgrafen Albrecht, vom 23. Juni 1511.

Von gotts gnaden Wir Joachim des Heiligen Romischen Reichs Ertzcamerer Churfurst vnd Albrecht gebruder Marggrauen Zu Brandenburg — Bekennen vnd thun kunth — Als vnser liebe